



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

est text. in l. qui testamentum. & ibi notab. Iacobi, de sancto Geor. nu. 1. cum seq. ff. de probatio.

REGVLA CXX.

CONFESSIO extra iudicium, facta parte absente, facit se-
mplenam probationem. Hanc regulam ponunt Doct. in l. certū.
per text. ibi, in §. si quis absente. ff. de confes. glo. & ibi Panor. in c.
fina. de success. ab intesta. Matthæ. de Afflict. in decisio. xij. num. 2
& in decis. cccxxxvij. nu. 6. Barto. & doct. in l. admonendi. ff. de iur
reuran. Paul. Paris. in consi. cxx. nu. 4. vol. j. Hippoly. latissime in
repet. rub. C. de proba. nu. 89. in sing. cccxxxix. & Aymon in tract.
de antiquitate temporis: par. j. in parte incip. viso de verbis. fol. 34.
colum. iij. num. 45. cum aliis, De iure regio est text. in l. vij. tit. xiiij.
parte iij.

Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita tredecim mo-
dis, vt per Felin. in c. si cautio. nu. 22. cum aliis, de fide instrumen.
Octo limitationes ponit Robertus Marranta. in tractat. de ordi-
ne iudiciorum. vj. par. rubr. de confessione. nu. 12. cum aliis. fol. 27.

REGVLA CXXI.

CONFITENS se mutuo recepisse pecuniam, nihilominus
poteft intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecu-
niæ. vt in l. in contrahibus. C. de non num. pecunia. & in §. j. Insti.
de litera. obliga. Et de iure regio est text. in l. ix. tit. j. par. v. text. in
l. cxxxiiij. Styl. & circa hanc regulam vide Petrum de Vnzola
in practica Artis notarius, in rub. de excep. non nume. pecu.

Hanc regulam cum vij. limita. ponit Bernard. de Luco in regu.
ccxlix. Et eam ponit Feli. in c. si cautio. cum sex ampliacionib. &
vij. limitation. a nu. 45. vsque ad nu. 57. de fide instrumen.

REGVLA CXXII.

CONFESSORIA & negatoria actio competit pro seruitu-
tibus rusticis & vrbanis. Hanc regulam probat text. in §. æque
si agat. Insti. de actioni.

Hanc regulam, vbi eam examinat, & limitat quinque modis, po-
nit Ludou. Gome. in d. §. æque si agat, a nu. 12. vsque ad nu. 15.

REGVLA CXXIII.

CONIUNCTVS admittitur pro coniunctio sine mandato,
dummodo caueat de rato, quod is pro quo agit habeat hoc ra-
tum, Hanc regulam probat text. in l. sed & hæ. ff. de procura. & in
l. Pom.